



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,  
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo  
Ecclesiastico**

**Bellegambe, François**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Q. 7. An, qui ex incuriâ aut malitiâ omisit opera præscripta in Jubilæo, possit ultimo die illud lucrari, & dicta opera à Confessario commutari?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42093**

204 P. 3. De Jubilao extraordinario.

Q. 6. An opera subrogata possint etiam in aliud tempus ex causâ prorogari?

R. Videntur posse. Si enim possunt opera præscripta, cur non & subrogata, quando neque hæc intra hebdomadam seu tempus præscriptum impleri possunt? Cæterum videretur tutius, tunc subrogare opera, quæ possent impleri siue dilatione.

Q. 7. An, qui ex incuriâ aut malitiâ omisit opera præscripta in Jubilao, possit ultimo die illud lucrari, & dicta opera à Confessario commutari?

Negat Joannes Præpositus q. 14. De indulgentiis, n. 88. Quia talis non potest moraliter dici impeditus, &c.

Probabilius affirmant Filiucius n. 268. Diana p. 3. tr. 4. R. 152. & p. 5. tr. 12. R. 26. cum Pollacho, Sanctarello, & aliis; Lugo disp. 20. n. 139. Bassæus edit. 3. de Jubil. n. 4. Pellizarius citat. sup. ad q. 4. §. Moneo 14. Georg. de Rhodes De Pœnit. q. 5. sect. 5. §. 6. Arfdekin, &c.

Ratio est: Quia quamvis talis ex suâ malitiâ prædicta opera non peregerit

gerit tempore constituto ; tamen ,  
quando ad pœnitentiam accedit, verè  
dicitur impotens.

Nec obstat, quòd voluntariè omit-  
tens , non dicatur impeditus. *Cap.  
Commissio, & Cap. Si quis, de Elect. in 6.*  
Quia licèt sit impedimentum volun-  
tarium in causâ , tamen tunc non est  
voluntarium. Unde, si quis peteret  
commutationem, vel dilationem Ju-  
bilæi, ob id solùm, quia non vult eo  
tempore illud consequi , cùm tamen  
commodè posset ; talis non esset ca-  
pax illius dispensationis: quia non di-  
ceretur impeditus. Verùm si jam omi-  
sisset opus tempori addictum, nec ef-  
set tempus illud agendi, & pœnite-  
ret; non diceretur, impedimentum  
amplius voluntarium, sed necessari-  
um ex suppositione.

Nec etiam obstat , quòd sit ela-  
psum tempus , cui addicta erant je-  
junia. Quia datur regulariter Con-  
fessario facultas differendi singula &  
omnia , eaq; commutandi ; & hæc

206 P. 3. De Jubilao extraordinario.  
facultas, ut supponitur, nondum ex-  
piravit. Ita Filiucius, & alii.

Collige: Quando poenitens omni-  
bus reliquis perfectis, venit ulti-  
mâ Dominicâ, seu ultimo die Ju-  
bilai, dubitat tamen prudenter con-  
fessarius, an sit (si eum absolvat)  
permansurus in occasione proximâ  
peccandi; potest differre Confessio-  
nem & Communionem per aliquot  
hebdomadas: & postea eum absol-  
vere ab omnibus reservatis. Similiter,  
quando ipso tempore Jubilai non  
potest fieri confessio integrè, propter  
casus intricatos. Diana p. 5. tr. 12.  
R. 26. cum Bosio; Gobat n. 114. Vid.  
Sanchez De Matrim. l. 8. disp. 15. n. 17.  
Eugo De Pœnit. disp. 20. n. 13.

## S E C T I O IX.

### DE ELECTIONE CONFESSARII.

QUÆST. I. An vi Jubilai possit quilibet sibi eligere Confessarium?

RESP. I. Potest quilibet Sæcularis,